BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 26v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ut bibas illum ultra. Et ponam
illum in manu eorum qui te humi
liauerunt. et dixerunt anime tue.
Incurvare ut transeamus. Et po
suisti ut terram corpus tuum. et quasi
viam transeuntibus. LII

Consurge consurge. indu
ere fortitudine tua syon.
induere vestimentis glorie
tue iherusalem ciuitas sancta. quia non
adiciet ultra ut transeat parte incir
cumcisus et immundus. Excutere
de puluere. consurge sede iherusalem.
solue vincla colli tui captiua filia
syon. quia hec dicit dominus deus
Gratis venundati estis. et sine argen
to redimi. quia hec dicit dominus
deus. In egyptum descendit populus
meus in principio ut colonus esset
ibi. et assur absque ulla causa calum
pniatus est eum. Et nunc quid mihi
est hec dicit dominus. quoniam ablatus
est populus meus gratis. Domina
tores eius inique agunt dicit dominus
et iugiter tota die nomen meum
blasphematur. propter hoc sciet populus
meus nomen meum in die illa. quia
ecce ego ipse qui loquebar. ecce assum
Quam pulchri super montes pedes
annunciantis et predicantis pacem.
annunciantis bonum. predicantis sa
lutem. dicentis. Syon regnabit deus
tuus. Vox speculatorum tuorum. Le
uauerunt vocem. simul laudabunt
quia oculo ad oculum videbunt. cum
conuerterit dominus syon. Gaudete
et laudate simul deserta iherusalem. quia
consolatus est dominus populum suum. rede

mit iherusalem. Parauit dominus brachium
sanctum suum in oculis omnium
gentium. Et viderunt omnes fines
terre salutare dei nostri. Recedite
recedite. Exite inde. pollutum nolite
tangere. Exite de medio eius. Mun
damini qui fertis vasa domini. quoniam non
in tumultu exhibitis. nec in fuga pre
rabitis. Precedet enim vos dominus
et congregabit vos deus israel. Ecce in
telliget seruus meus. exaltabitur
et eleuabitur et sublimis erit valde
Sicut obstupuerunt super te multi. sic
gloriosus erit inter viros aspectus eius
et forma eius inter filios hominum.
Iste asperget gentes multas. super ipsum
continebunt reges os suum. quia
quibus non est narratum de eo vi
debunt. et qui non audierunt contem
plati similiter sunt. LIII

Domine. Quis credidit
auditui nostro. et brachi
um domini cui reuelatum
est. Et ascendet sicut virgultum
coram eo. et sicut radix de terra sicien
ti. non est species ei neque decor. Et
vidimus eum et non erat aspectus
et desideravimus eum despectum et no
uissimum virorum. virum dolorum. et
scientem infirmitatem. et quasi ab
sconditus vultus eius. et despectus
Vnde nec reputauimus eum. Vere
languores nostros ipse tulit. et dolo
res nostros ipse portauit. et nos re
putauimus eum quasi leprosum. et
percussum a deo et humiliatum. Ipse
autem vulneratus propter iniquitates no
stras. attritus est propter scelera nostra.